



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarum Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De proprietatibus personarum, & de nominibus earum relatiuis. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



erat hoc nomen ita apud Catholicos vulgatum, nec ita eius significatio determinata ut modo. Et ideo Hier. dicit hoc nomine non utendum fore sine distinctione vel expositione, tunc scilicet quando cum hæreticis contendebatur, ita scribens de fide Catholica ad Damas. Papam, ab Arrianorum pressule hypostation nouellum nomen à me homine Romano exigitur. Interrogam<sup>9</sup>, quid tres hypostases arbitrentur intelligi tres personas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit eis sensus: ipsum nomē efflagrant: quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus: Si quis tres hypostases, i. tres subsistentes personas non confiteretur, anathema sit. Si qui autē hypostasim vsuā intelligens, non tribus personis vnā hypostasim dicit, alienus à Christo est: qui scilicet tres hypostases dicens sub nomine pietatis tres naturas conatur afferere. Sufficiat nobis dicere vnā substantiam & tres personas perfectas & quales: taceamus tres hypostases, si placet. Nomen hoc non bonæ suspicionis est, cum in eodem verbo sensus dissentiunt. Aut si rectū putatis, tres hypostases cum interpretationib<sup>9</sup> suis debere dicere, nō negamus. Sed mihi credite, venenū sub melle latet. Trāfiguratur n. se angelus Satanæ in angelū lucis. His verbis non negat utendū esse nomine hypostasis, sed hæreticos eo prauè vsos ostendit: contra quos cautela opus erat in distinctione significationis: alioquin sibi contradiceret, et, qui supra tres hypostases confiteretur.

*De proprietatibus personarum, & de nominibus earum relatiuis.*

B

IAM de proprietatibus personarum videamus (quæ etiam notiones siue relationes in scriptura plerunq; dicuntur) in illa sancta Trinitate: quæ ideo à nobis repetitur, ut cordi nostro tenaci<sup>9</sup> insigatur. Ait August. in l. de fide ad Petrum: aliud est

*Cap. 1 in fine.*

K 4 genu-

*Hier. ad me-  
diū epist. ad  
Damas. 10. 2.*

*Ibid. paulo.  
inferius.*

*2. ad Cor. 1.*



Cap. 2. eius-  
de in prin.

genuisse, quam natū esse: aliudque est procedere, quā genuisse vel natum esse. Vnde manifestum est, quod alius est pater, alius filius, alius spiritus S. Et est proprium soli patris, nō quia non est natus ipse, sed quia unum filium genuerit. propriumq; soli filii, nō quia ipse nō genuit, sed quia de patris essentia natus est: proprium verō spiritus S. est, non quia nec natus est ipse, nec genuit, sed quia solus de patre filioq; pcedit. Ecce breuiter assignauit tres proprietates trium personarum: quarum vna non est alia. Hoc enim significauit cum dixit: Aliud est genuisse quam natum esse: aliudque pcedere, id est, alia proprietas, siue notio est generatio, & alia natiuitas, alia processio, quæ aliis nominibus dicuntur paternitas, filiatio. Has proprietates designant nomina personarum, scilicet pater, filius, & spiritus S. quæ relatiua sunt, & ad se inuicē dicuntur, quia notant relationes, quæ non sunt Deo accidentales, sed in ipsis personis ab æterno sunt immutabiliter: vt non modo appellationes sint relatiuæ, sed etiam relationes siue notiones in rebus ipsis, scilicet in personis sint.

Hic de nominibus relatiuis qua notant ipsas relationes.

Quod non omnia quæ de Deo dicuntur, secundum substantiam dicuntur: quædam enim secundum relationem dicuntur, nihil tamen secundum accidens.

Cap. 4. ad  
finem.

Lib. eod.  
c. 5. in prin.

QVOCIRCA sciendum est, nō omne quod dicitur de Deo, dici secundum substantiā: quia quædam dicuntur secundum relationē, quæ nō est accidens, quia nō est mutabilis. vnde Aug. in v. lib. de Trin. ait: Nihil in Deo secundum accidens dicitur, quia nihil ei accidit. Nec tamē omne quod dicitur, secundum substantiam de Deo dicitur. In rebus creatis atque mutabilibus, quod non secundum substantiā dicitur, restat vt secundum accidens dicatur. In Deo autē nihil quidē secundum accidens dicitur.